

Redemptio castri et civitatis Grudzag
de manibus Felicis Skalsky Joanni So-
kolowsky.

77

Kazimirus Dei gratia rex Poloniae magnus
dux Lithuaniae, Russiae, Prussiaeque do-
minus et heres & significamus tenore
presentium, quibus expedit uni-
versis. Quomodo dum durantibus
guerris in terris nostris Prussiae
generoso Johanni Skalsky de wal-
stin ductatori comitarum nostrarum,
ratione servitorum nostrorum, castra
et opidum Granderz, praedium Orze-
chow et villas ad ipsum pertinentis
in certis pecuniarum summis inscri-
psimus, et obligaveramus, quorum
cum per certa tempora in possessione
fuerat, tamen vita functo bona no-
stra regalia praefata modo praemissa
eidem inscripta ad generosum Fe-
licem Skalsky germanum suum
ex successione fraterna fuere de-
voluta, quam quia in partibus suis,
rebus familiaribus et domesticis occu-
pationibus, nec dum voluit potuit pro-
visionem castri praefati satisfacere.
Unde nos ad servitia generosi Johan-

Johannis Sokolowsky de Wrzanca no-
bis et serenissimo nato nostro Domi-
no regi Bohemiae longè et constan-
ter exhibita singularem habentes re-
spectum, castrum opidum prefatum
predictum et villas ad ipsum per-
tinentes de manibus prefati Feli-
cis Skalsky in tribus millibus et
quadringentis florenorum summa
redimendum favimus, indulgemus, et
consensimus, favemusque, indulge-
mus, et consentimus tenore pre-
sentium mediante. Quos quidem
florenos eundem asservando in et su-
per bonis prefatis, castro videlicet et
oppido Graudez predio Orzechow
villisque ad ipsum quoquomodo ex
antiquo spectantibus inscripsimus
et inscribimus presentibus per-
eundem Johannem Sokolowsky
de Wrzanca et suos consuccesso-
res dicta bona nostra regalia in eisdem
summis cum omnibus earundem censi-
bus, redditibus, agris, campis, silvis, bor-
ris, nemoribus, molendinis, et eorum
omolumentis, lacubus, piscinis, pesca-
turiis, fluminibus, rivis, et torrentibus,
venationibus, aucupationibus, mellifi-

mellificiis, pratis, honoribus, oneribus et
 aliis quibuscunque obventionibus ge-
 neraliter universis, quibuscunque voca-
 rentur nominibus, nullis exclusis ita
 longè late et circumferentialiter, si-
 cut bona ipsa ab aliis sunt distan-
 cta et limitata tenendum, habendum,
 possidendum, pacificè et quietè tam-
 diu quousque bona prefata sibi et
 suis successoribus taliter inscripta
 per nos aut successores nostros fu-
 erint integraliter percoluta, quodcum-
 factum fuerit, extunc eorundem
 bonorum possessio ad nos aut suc-
 cessores nostros redibit pleno iure,
 iuribus tamen nostris regalibussem-
 per salvis remanentibus. Verum
 quia nobilis Dorothea relicta olim
 generosi Johannis Skalsky in et
 super parte prefatorum bonorum
 nostrorum habet reformationem
 cum consensu nostro regio, per olim
 maritum suum factam, inscriptam
 et reformatam, cui præiudicare no-
 lentes, volumus, quod prefatus Jo-
 hannes Sokolowsky de Wzancza
 pro tota sua reformatione ipsam
 faciat contentam. Nos verò sum-

summam, qua ipsam contentaverimus in
eisdem bonis ascribere promissimus
promittimusque et pollicemur presen-
tibus in verbo nostre regio harum
quibus sigillum nostrum est subap-
pensum testimonio literarum. Datum
in conventionem Pyotrko viensi gene-
rali feria sexta post festum Sancti
Lucie anno Domini millesimo qua-
dringentesimo octuagesimo quarto.

Creslaus Lancetti Relatio venerabilis Creslai
de Curozwanby R. P. Lancetti

Ja kopia przepisana z oryginala pargaminow
go Roku 1704. d. 28. Maja, a którego jest pie-
częć jedna zepruta na zawiasce pargaminu.